



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Ex Fulvio Andot. de vitâ & morte Domini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

Ex Fulvio Androt. de vitâ & morte Domini.

Memoria Passionis Domini, quàm sit salutaris, p. s. in omnes Sancti Patres declarant. D. Augustinus super Ioan. ait: Fratres, ut à peccatis sanemur, Christum Crucifixum intueamur, quomodo qui intueatur serpentem aereum in deserto, non peribant moribus serpentum, sic qui intuentur fidè Christi mortem, sanamur à moribus peccatorum.

S. Gregorius ait: nihil adeo graue, quod non æquanimiter toleretur, si Passio Christi ad memoriam reuocetur.

S. Bernardus Serm. 43 in Cant. inquit: Hæc meditari dixi sapientiam, in his iustitiæ mihi perfectionem consisti, in his plenitudinem scientiæ, in his diuitias salutis, in his copias meritorum. Hæc me exigunt in aduersis, in prosperis reprimunt, & inter læta tristitiaque vitæ præsentis viâ regiâ incedenti tutum præbent utrobique ducatum. Propterea hæc mihi in ore frequenter, sicut vos scitis, hæc in corde semper, sicut Deus scit. Hæc stylo meo admodum familiaria, sicut apparet. Hæc mea sublimis Philosophia, scire Iesum, & hunc Crucifixum.

D. Bonauentura in Stimulo Diuini Amoris cap. I. Huius, ait, Passionis meditatio continua mentem eleuabit, quid agendum, quid meditandum, quid ducendum, & sentiendum sit, indicabit: te demùm ad ardua inflammabit: te vilificari, contemni & affligi faciet: affectus tuos, tam in cogitatione, quàm in locutione, ac etiam operatione regulabit.

CON